

blo gentílico, afligida, porque el demonio poseyendo á su hija, la atormentaba cruelmente, sin esperanza de consuelo alguno: sabe que Jesucristo, autor de grandes prodigios, ha tocado los confines de Tiro y de Sidon, y en el momento se dirige á ponerse en su presencia para pedirle la salud de su hija. Jesucristo se hace indiferente á sus voces y ella corre en pos de su Divina Magestad, clamando con voz esforzada y dolorosa: "Señor, Hijo de David, ten piedad de mí, mi hija es malamente atormentada del demonio." Continúa Jesus en su indiferencia, y rogado por los Apóstoles para que escuchara á aquella mujer, contesta que no ha sido enviado sino á las ovejas que perecieron de la Casa de Israel; pero ella insiste en su súplica, y postrada en su presencia, le adora y le dice: "Señor, ayúdame;" á lo que contestó el Divino Salvador: "No es bien tomar el pan de los hijos y echarlo á los perros." Pero ella, poseída de una humildad y confianza verdaderamente admirables, le dijo: "Es cierto, Señor; mas los cachorrillos comen de las migajas que caen de la mesa de sus Señores." Entonces Jesus, habiendo probado su constancia, le otorga la gracia que solicita, y le dice: "Por esto que has dicho, vé, que el demonio ha salido de tu hija." *Propter hunc sermonem vade, exiit daemonium á filia tua.*

En vista de hechos tan remarcables, ¿no es verdad que la oración es poderosísima y eficaz para obtener del cielo, la abundancia de los bienes necesarios,

rios, y el remedio de todos los males? ¡Ah! ella es la llave que abre las puertas del cielo, para que lluevan á torrentes, sobre nosotros, los beneficios divinos: á ella están vinculadas las gracias que necesitamos, para no ser el vil juguete de nuestras pasiones, cayendo en las mas terribles tentaciones, segun el dicho del mismo Jesucristo: "Velad y orad para que no entreis en tentacion." *Vigilate et orate ut non intretis in tentationem.* Ella es la que mueve al Señor á concedernos todo aquello que necesitamos, segun la promesa del mismo Jesucristo, cuando en su Evangelio nos dice: "Pedid y recibireis." *Petite et accipietis.* "Al que toca se le abrirá la puerta." *Pulsanti apperietur.* Ella es la que proporciona el consuelo á los afligidos, y la esperanza á los desesperados, segun la palabra del mismo Jesucristo, que ha dicho: "Venid á mí todos los que estais trabajados y agobiados, y yo os aliviaré." *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* (Continuará.)

#### Defunciones.

Han fallecido últimamente los Sres. Presbíteros D. José de la Cruz Ornelas, Vicario de Tuxcueca, D. Antonio Dávila, clérigo particular de San Juan y D. Cesáreo Rodríguez, cura propio de Yahualica.

*Requiescant in pace.*

Por la redaccion, traducciones é inserciones, N. Parga.

# COLECCION

DE

## Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga.

Imp. de N. Parga.

TOM. 2.

Guadalajara, Febrero 8 de 1878.

NUM. 3.

### SECCION I.

#### Disposiciones generales de la Iglesia.

En respuesta á la consulta que sobre usura, hizo un respetable sacerdote de esta Arquidiócesis á la Sagrada Congregacion respectiva, recibió la coleccion de resoluciones que acerca de la materia ha dado la misma Sagrada Congregacion; cuyas resoluciones damos á luz, como acabadas de recibir, para conocimiento de los señores eclesiásticos del Arzobispado.

#### Apostolicae Sedis Responsa authentica et instrucciones circa lucrum ex mutuo, in unum collectae Anno 1873.

Saepernumero contingit ut ad Apostolicam Sedem deferantur quaestiones circa lucrum ex mutuo, quibus a Romanis Congregationibus apposita resolutione in similibus casibus provisum est. Ut itaque Superioribus missionum praesto sit necessaria notitia eorum quae hactenus hac super re de-

creta sunt, opportunum visum est S. Consilio Christiano Nomini propagando omnes memoratas resolutiones una cum Constitutione Benedicti PP. XIV. *Vix pervenit in lucem edere; easque ad omnes Episcopos, Vicarios ac Praefectos Apostolicos ab eadem S. Congregatione dependentes mitti placuit.*

I.

*S. Congregat. S. O. sub die 13 Januarii 1780.  
ad R. P. D. Vic. Apostolicum N. N.*

"Cum aequalitas in contractibus, ut *justi sint, requiratur, nihil in mutuo vi mutui, ut saepe definitam est, accipiendum ultra sortem principalem. Quod si mutuanti lucrum cessare, vel damnum emergere, aut periculum imminere amittendae sortis, vel assumendi insolitos labores pro illius reparatione contingat, horum quidem compensationem repeti posse, duabus tamen conditionibus semper ob oculos positis, quarum prima, ut reapse titulus novus aliquis ex istis concurrat, altera ut nihil amplius, quam verum ille postulat, exigatur. Quomobrem a justitiae regula deficere, et*

“restitutioni obnoxios esse omnes con-  
 “tractus, in quibus aut interesse fingi-  
 “tur, quod compensetur, aut plus pe-  
 “titur, quod adaequata compensatio  
 “requirit. Imprudenter igitur atque  
 “illicite agere, manifestoque se injus-  
 “titia discrimini committere patet, qui  
 “ex eo quod “periculum, quod in-  
 “nuimus, plerumque in *tali loco occur-*  
 “*rat, lucrum semper adque idem sem-*  
 “*per lucrum requirunt, quasi pericu-*  
 “*lum semper intercedat, et cum adfue-*  
 “*rit, eandem semper remunerationem*  
 “*petat: neque excusari quod mino-*  
 “*rem quam quae regni lege permitti-*  
 “*tur, usuram percipiunt; cum non*  
 “*ideo rectum sit aliquid, quod a jus-*  
 “*titia minus deflectit, nisi ad recti*  
 “*formam prorsus componatur, neque*  
 “*humana sed divina lege ac lege natu-*  
 “*rali, quae aequitatis tenax est, homi-*  
 “*num actiones pensandae sint. Eos*  
 “*tantum recte se gerere, qui ad in-*  
 “*dividuos casus respicientes tunc so-*  
 “*lum compensationem exposcunt, cum*  
 “*periculum revera intervenit, et non*  
 “*aliam tunc compensationem quae-*  
 “*runt, quam quae periculi gravitati,*  
 “*quae proborum idcirco prudentum-*  
 “*que judicio aestimanda est, respon-*  
 “*det.”*

## II.

*S. R. Inquis. An. 1784. Mart. 18.*  
*ad Vic. Ap. D. D. N. Super quaestione mutui.*

Atque illud in primis est explora-  
 tum ratione mutui immediate, et prae-  
 cise nihil esse accipiendum ultra sor-  
 tem principalem. Si vero aliquid per-

cipiatur ratione periculi probabiliter  
 imminens, non esse mutuantes in-  
 quietandos, dummodo habeatur ra-  
 tio qualitatis periculi, et probabilitatis  
 ejusdem, et servata proportione  
 inter periculum et id quod accipi-  
 tur. His ipsis verbis ita definitum est  
 a Sacra Congregatione de Propaganda  
 Fide, die 12 Septembris an. 1645, cu-  
 jus decretum pro Sinensibus Missioni-  
 bus editum hic adjungitur. Dubium  
 autem sequens erat:

“In praefato regno lege sancitum  
 “est, ut in mutuo triginta pro centum  
 “accipiantur, absque respectu lu-  
 “cri cessantis, aut damni emergentis.  
 “Quaeritur utrum Chinensibus sit lici-  
 “tum pro pecuniarum suarum mutuo,  
 “licet non interveniat lucrum cessans  
 “aut damnum emergens, praedictam  
 “pro centum triginta quantitatem reg-  
 “ni lege taxatam accipere: et causa  
 “dubitandi est quia in recuperanda pe-  
 “cunia est aliquod periculum, scilicet,  
 “quod qui accipit mutuatum fugiat,  
 “vel quod tardet in solvendo, vel quod  
 “necessarium sit coram iudice repetere,  
 “vel propter alia hujusmodi.

“Eminentissimi Patres censuerunt  
 “ratione mutui immediate, et praeci-  
 “se nihil esse accipiendum ultra sor-  
 “tem principalem: si vero aliquid acci-  
 “pian ratione periculi probabiliter im-  
 “minentis prout in casu, non esse in-  
 “quietandos, dummodo habeatur ratio  
 “qualitatis periculi, et probabilitatis,  
 “ejusdem, ac servata proportione in-  
 “ter periculum, et id, quod accipitur.

“Eadem Congregatione supplicante,

“Sanctissimus D. N. ad conservandam  
 “uniformitatem, in praedicatione, ejus-  
 “que praexi, omnibus, et singulis Mis-  
 “sionariis cujuscumque ordinis, religio-  
 “nis, et instituti, etiam Societatis Jesu  
 “in regnis Sinarum, aut Chinae pro-  
 “tempore existentibus, vel extituris  
 “sub poena excommunicationis latae  
 “sententiae Sanctitati Suae, et Sanctae  
 “Sedi Apostolicae specialiter reserva-  
 “tae, districte praecipiendo mandavit,  
 “quatenus praedicta responsa, et reso-  
 “lutiones diligenter observent, illisque  
 “in praxi utantur, ac ab illis, ad quos  
 “pertinebit, observari, et practicari fa-  
 “ciant, donec Sanctitas Sua, vel S.  
 “Sedes Apostolica aliud ordinaverit.

Quaeri nunc potest quale esse de-  
 beat periculum, et quae ejus ratio, et  
 natura, ut hoc concurrente titulo, pos-  
 sit mutuans aliquid ultra sortem reci-  
 pere. In hac autem quaestione pro-  
 certo tenendum est, non quaecumque  
 periculum satis aptum atque, idoneum  
 aestimandum esse, ut aliquod lucrum  
 ex mutuo percipi possit. Nam cum  
 titulus, ex quo justa, ac legitima cau-  
 sa consurgit, ut quiddam amplius ul-  
 tra sortem ex mutuo debitam rite exi-  
 gatur, debeat semper esse extrinsecus  
 nec mutui naturae conjunctus, et inna-  
 tus: hinc plane consequitur, quod si  
 periculum ex iis circumstantiis dum-  
 taxat proficiscatur, quae omnibus mu-  
 tuantibus istae communes sunt, nec ab  
 ipsa mutui natura disjungi possunt,  
 tunc certo quodlibet lucrum, quod ex  
 mutuo captatur, ab usurae labe purga-  
 ri minime potest. Quapropter cum

pestis, incendia, Turcarum persecutio-  
 nes, aliaque hujusmodi infortunia, quae  
 quamvis Constantinopoli frequentiora  
 sint, in quacumque tamen urbe sem-  
 per instant mutuantibus, maximopere  
 cavendum est, ne propter commune  
 hoc periculum, quod ipsius mutui vis,  
 ac natura importat, aliquid in mutuo  
 ultra sortem exigatur. Majorem po-  
 tius habere videtur indaginem, cum  
 periculum, amittendae sortis imminiat  
 vel ex culpa ipsiusmet mutuatarii,  
 quod veterator sit fallax, vafer quod  
 fuga, aut malitiosis tergiversationibus  
 creditorem fallere possit, vel cum prae-  
 ter ipsius mutuatarii culpam, alia ins-  
 tent creditori pericula ex loci, tempo-  
 ris, ac personarum circumstantiis, qua  
 ipsum in sorte recuperanda valde an-  
 xium atque sollicitum teneant. Quam-  
 vis vero potiora semper haberi debeant  
 pericula, quae ex culpa mutuatarii pro-  
 ficiscuntur, attamen in is omnibus casi-  
 bus an, quomodo, et quanti aestimari  
 tale periculum possit, ex quo titulus  
 legitimus mutuanti praebeatur ad lu-  
 crum supra sortem captandum, perfidi-  
 ficili sane est generatim statuere. Ad  
 unamquamque rem a estimandam, mo-  
 mentoque suo ponderandam, incum-  
 bat Confessariorum solertia, ac doctri-  
 na: ipsi perpendant singulos casus in-  
 quirant super qualitate, et probabili-  
 tate periculi, videant si assecuratione  
 pignoris omne absit periculum, servent  
 proportionem inter periculum, atque id  
 quod mutuanti lucrari supra sortem  
 permittitur, probatos autores consu-  
 lant, atque praesertim adhaereant sen-

tentiis, atque principiis ab hac Apostolica Sede approbatis, tam in supra laudato decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, anni 1645, quam in Epistola Encyclica Benedicti XIV. *Vix pervenit*, edita anno 1745 cujus exemplum hic alligatur.

ENCYCLICA SA. ME. BENEDICTI XIV.

*De Usuris, aliisque injustis quaestibus.*

Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus judicari debeat) nonnullas per Italiam disseminari sententias, quae sanae doctrinae haud consentaneae viderentur; cum statim nostri Apostolici muneris partem esse duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi, temporis, diuturnitate, ac silentio, vires magis acquireret; aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, et incolumes adhuc Italiae civitates labeffectaret.

§ 1. Quapropter eam rationem consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper uti consuevit. Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Theologiae scientia, et Canonicae Disciplinae studio ac peritia plurimum commedantur. Accivimus etiam plures Regulares in utraque facultate praestantes, quorum aliquos ex Monachis, alios ex Ordine Mendicantium, alios demum ex Clericis Regularibus selegimus; Praesulem quoque Ju-

ris utriusque laurea praeditum, et in foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, qui nuper praeterit, ut coram Nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum perspectumque deprehendimus.

§ 2. Post haec praecepimus, ut omni partium studio, omnique cupiditate soluti, rem totam accurate perpendere; suasque opiniones scripto exararent; non tamen expetivimus ab ipsis, ut judicium ferrent de contractu, qui controversiae causam initio praebuerat, cum plura documenta non suppeterent, quae necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea, quae nuper in vulgus spargi coeperunt. Jussa fecerunt universi: nam suas sententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram Nobis habita est die 18 Julii, altera vero die prima Augusti, qui menses nuper elapsi sunt; ac demum easdem sententias Congregationis Secretario scriptas tradiderunt.

§ 3. Porra haec unanimi consensu probaverunt.

I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem, et locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipso met mutuo, quod suapte natura tantundem dumtaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam est receptum; ideoque ultra sortem, lucrum aliquod, ipsius ratione

mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum, et usurarium est.

(Continuará.)

## SECCION II.

Disciplina particular de la Diócesis.

### VARIAS CARTAS

SOBRE

diversas materias, que el Ilmo. Sr. Dr. D. Lázaro de la Garza y Ballesteros, Arzobispo de México, siendo Obispo de Sonora, dirigió al clero de aquella Diócesis y hoy dedica al de la Iglesia mexicana; incluyéndose en ellas la que expidió en 18 de Abril de 1851.

(Continúa.)

42 Pero aun hablando de esta negociacion impropia, deberá tenerse por prohibida cuando no concurren estas condiciones: Primera, que por ella no se impida el cumplimiento de las ocupaciones principales, que ni se omita el rezo, ni el estudio ni la asistencia que debemos al prójimo: segunda, que tampoco sea indecorosa al estado eclesiástico, como seria tener vinaterías ú otras especies que expresa la Clementina 1ª, *Devita et honestate clericorum*; y tercera, que no se dé motivo de escándalo, como lo daria el clérigo que teniendo lo suficiente para su manutencion, ó de las obvenciones que perciba, ó de

los frutos de bienes patrimoniales que posea se dedicase á la negociacion que llaman artificiosa ó industrial, porque daria indicios de avaricia, por cuyo motivo les está prohibido en lo absoluto el laboreo de las minas. [1]

43. Bien sé cuanta es la pobreza de algunos pueblos, y no se me ocultan las dificultades que aun los que abundan en bienes, oponen para no satisfacer las obvenciones justas de que sacais vuestra manutencion; pero aun más que esto, sé que está bajo de una muy particular providencia del cielo, el que con el cumplimiento de sus deberes busca por delante el reino de Dios, y que infaliblemente se le darán como de añadidura los bienes necesarios para su cuerpo.

TRATO CON SEGLARES.

44. Hay en este punto dos extremos que evitar, la suma extrañeza y la suma familiaridad con los fieles; lo primero les quitaria la confianza que deben tener con sus pastores, y lo segundo el respeto con que deben verlos.

45. Por esto, lo mas prudente y debido será recibirlos siempre bien, sin manifestarles enfado, ya sea que os busquen para cosas del ministerio, ó ya porque deseen veros solamente, y visitarlos pocas veces, y esto por poco tiempo. Un trato igual para con todos, no dará lugar á emulaciones, ni

(1) Solórzano, Política Indiana, lib. 2 cap. 18 hácia el fin.